¶ In hoc hymno laudat autor deum in cõmemoratiõe ſanctoꝝ martyꝝ qui mũdũ cum pompis ſuis dimiſerũt. vñ in terris laudãtur ⁊ in celis honorantur. Intendit itaqꝫ rogare deũ vt nos famulos iũgat ↄſortio ſcõꝝ martyꝝ ¶ O ſocij pangamus. i. cantemus indyta gaudia. i. p̃clara merita. ſcõꝝ ⁊ fortia geſta eoꝝ. nã animus meus gliſcit. i. cupit vel gaudet ↄpmere. i. laudare. cũ canticis optimũ genus victoꝝ. i. martyꝝ.

Hi ſunt quos retinens mũdus inhorruit ipſum: nã ſterili flore per aridũ ſpreuere penit⁹/ teqꝫ ſecuti ſunt rex chriſte bone celitus.

¶ Hi ſunt martyres. quos mũdus retinẽs inhorruit. i. odio habuit. nã xp̃i martyres ſpreuere penitus. ipſum. ſ. mũdũ. p aridũ. i. valde lucidum ſterili flore. i. fructuoſo. ⁊ ſecuti ſunt. celitus. i. diuinitus. te. o xp̃e bone

Hi ꝓ te furias atqꝫ ferocia calcarũt hominũ ſeueqꝫ verbera/ ceſſit his lacerans fortit̃ vngula/ nec carpſit penetralia/

¶ Hi martyres calcarũt. i. ſuſtinuerũt ꝓ te furias. i. inſanias infideliũ. atqꝫ verbera ferocia. i. crudelia. ⁊ ſeue. i. iniuſte illata. ⁊ vngula. i. qddã genus tormenti. ceſſit. i. locũ dedit his martyribus. lacerãs. i. puniẽs. ꝑ quecuis tormẽta. nec ꝓ nõ carpſit penetralia martyrũ vel apoſtoloꝝ. i. nõ fuerũt tracta vel diuiſa eaꝝ viſcera. ⁊ hoc ꝟtute dei.

Ceduntur gladiis more bidentiũ nõ murmur reſonat nec querimonia/ ſed corde tacito mẽs bene conſcia conſeruat patientiam

¶ Conſtrue. Ipſi ceduntur. i. iugulantur gladijs crudelib⁹. more bidentiũ. ↄſuetudine ouiũ. murmur eoꝝ nõ reſonat. nec querimonia. i. lamẽtatio. auditur. ſed mens bene conſcia. i. boni meriti. cõſonat patientiã, tacito corde. qui fortes patientes ⁊ firmi erant ꝓ fide chriſti in bello

Que vox que poterit lingua retexere/ que tu martyribus munera preparas/ rubri nam fluido ſanguine laureis ditantur bene fulgidis.

¶ Et qui hec oĩa ꝓ xp̃i noĩe patiebãtur.)igitur. ¶ Conſtrue. Que vox que lingua poterit retexere. i. dicere vel explicare. munera. i. dona. que tu martyribus preparas. nam rubri. ſcꝫ ipſi. i. rubei. fluido. i. fluente ſanguine. ditantur. i. coronantur. laureis. i. coronis bene fulgidis.

¶Te ſumma deitas ſupplices poſcimus: vt culpas abluas noxia ſubtrahes: des pacem famulis: nos quoq3 gloriã per cũcta tibi ſecula. Amen.

¶O ſumma deitas. nos ſupplices. i. humiles. poſcimus. i. rogam⁹ te vt abluas. i. deleas. culpas nr̃as. i. pctã nr̃a. 7 ſubtrahes noxia. a nobis 7 des pacem famulis tuis. quoq3 p 7. nos oẽs demus gloriã tibi. id eſt ad honorẽ tui p cũcta ſecula. Amen.

Hymnus plurimorum martyrum

Rex glorioſe martyrũ corona ꝯfitentium/ qui reſpuentes terrena perducis ad celeſtia

¶Materia hymni eſt inuocare regem martyrum vt dirigat ad nos aures ſue clementie. ſi quid deliquimus. vt ppter merita ſctõrum in quorum cõme= moratione pñs hymnus cantat. nobis ignoſcere dignetur ¶Conſtrue. O glorioſe rex. martyrum. corona ꝯfitentiũ. i. cõfeſſorum hominũ. q perducis reſpuentes terrena ad celeſtia gaudia.

Aurem benignam ꝓtinus appone noſtris vocibus trophea ſacra pãgimus/ ignoſce quod deliquimus.

¶Tu appone aurẽ benignã ꝓtinus. i. ſtatim. nr̃is vocibus. 7 ignoſce qđ deliqmus qui pãgimus ſacra trophea. i. victoriã martyrum

Tu vincis in martyribus parcendo confeſſoribus tu vince noſtra crimina donando indulgentiã

¶Tu vincis. ſeuiciã tyrannorum. in martyribus. parcendo cõfeſſoribus. qr nõ vis vt p martyriũ finiant vitã ſuã. tu vince. i. deſtrue. nr̃a crimina donando nobis indulgentiã. qr tu nõ vis mortẽ peccatoris.

Iſte confeſſor domini ſacratus feſta plebs cuius celebrat per orbem/ hodie letus meruit ſecreta ſcandere celi

¶Materia huius hymni eſt. q totis viribus deum ſup omnia laudare debemus. Intendit etiã autor in hoc hymno tractare de aſcẽſione illi⁹ ꝯfeſſoris in cuius memoria preſens hymnus totis laudibus celebratur ¶Conſtrue. Iſte confeſſor dñi ſacratus a dño. letus. i. exultãs. meruit hodie. i. hoc die ſcandere. i. aſcẽdere. ſecreta celi. i. ad celos. feſta cuius ſc3 ſancti. plebs deuota celebrat p totum orbem.

Qui pius prudẽs hũilis pudic⁹/ſobri⁹ caſtus fuit ꝛ
qetus vita dũ pñs vegetauit eius corporis artus/

¶ Qui ſcꝫ ꝯfeſſor fuit caſtus. corpe. pius. i. ſcũs. prudens. i. ſapiens. humilis pudicus in verbis. ſobrius in moribus. ꝛ quietus. i. tranquillus. dũ ꝓ qr. pñs vita. ſcꝫ in hoc mũdo. vegetauit. i. nutriuit. artus. i. mẽbra corporis eius

Ad ſacrũ cuius tumulũ freqũeter mẽbra lãguentiũ
mõ ſanitati q°libꝫ morbo fuerit grauata reſtituũt

¶ Ad cuius. ſ. ꝯfeſſoris. ſacrũ tumulũ. i. ſepulcrũ. membra languẽtiũ. i. egrotantiũ. reſtituũtur mõ. i. in pñti. ſanitati. freqũeter. quolibet morbo i. quacũqꝫ infirmitate illa membra fuerint grauata.

Vñ nũc noſt chor⁹ i honore ipſius hymnũ canit hũc
libẽter vt piis eius meritis iuuemur oẽ ꝑ euũ.

¶ Vñ nũc noſter chorus. fratꝝ nroꝝ. canit hũc hymnũ in honore illius ꝯfeſſoris. libenter. i. volũtarie. vt iuuemur piis meritis ꝛ patrocinijs. ꝛ orõnibus eius ꝑ oẽ euũ. i. ꝑ cũcta ſecula. amen

Sit laus illi decus atqꝫ ꝟtus q̃ ſupra celi reſidẽs ca
cumẽ totius mũdi machinã gubernat trinus ꝛ vn⁹

¶ Laus. i. gloria. decus. i. honor atqꝫ ꝟtus illi deo. q̃ reſidens eſt ſuper cacumẽ. i. ſupra cceptrũ celi. trinus in ꝑſonis ꝛ vnus in deitate ſubſtãtie qui gubernat machinã. i. fabricã. totius mũdi

Ieſu redemptor omniũ/ perpes corona preſulũ/
in hac die clementius/noſtris faueto vocibus.

O ieſu redemptor. i. liberator oĩm. ſ. hoĩm. tu es ꝑpes corona. i. ꝑpetua gloria. preſulũ. i. ꝯfeſſoꝝ. tu faueto. i. fauorẽ prebeto. nr̃is vocibus. id eſt cantibus. clementius. i. clementer. ĩ hac die. i. in feſtiuitate h⁹ ꝯfeſſoris

Tui ſacri q̃ nominis confeſſor almus claruit/cuius
celebrat annuã deuota plebs ſolẽnia.

¶ Qua. i. in qua die. almus ꝯfeſſor tui ſacri noĩs. claruit. i. in claritatẽ dei aſcendit. ãnua ſolẽnia. i. feſta. cuius. ſ. ꝯfeſſoris. deuota plebs. i. populus chriſtianus cũ magna deuotõne celebrat. i. celebrãdo colit.

Qui rite mũdi gaudia huius caduca reſpuẽs cum
angelis celeſtibus/letis potitur premiis.

¶ Qui.ſcꝫ ꝯfeſſor.reſpuens.refutāſ.rite.i.debite.caduca.i.trāſitoria.gaudia huius mūdi.potiť.i.vtiť vel fruiť.letis premijs.cū magna leticia.cum celeſtibus angelis.

Huius benigne annue nobis ſequi veſtigia: huius precatu ſeruulis/dimitte noxam criminis.

¶ (O chriſte)annue.i.ꝯcede.benigne.i.clementer.nob.ſcꝫ hūc hymnū canentibus ſequi.i.ꝙ ſeq̄mur.veſtigia.i.exempla.bonoꝝ opeꝝ.huius.ꝯfeſſoris.ꝛ dimitte.i.indulge.nobis ſeruulis.i.tibi ſeruiētibus.noxaꝫ.i.culpā.criminis.i.peccati.precatu.i.rogatu.huius ſcꝫ cōfeſſoris.

Virginis proles opifexq; matris/virgo quem geſſit peperitq; virgo/virginis feſtū canimꝰ tropheū accipe votum.

¶ Materia hymni eſt canere deo laudes ꝛ ſequi veſtigia eius.ꝛ cōmemoratio ſctāꝝ ꝟginū. ¶ O proles.i.fili marie.qꝫ ꝓ ꝛ opifex.i.creator.quē ſcꝫ te.ꝟgo.ſcꝫ maria.geſſit.i.portauit.ꝟgo.ſcꝫ maria.peperit.id ē.parturit te..nos canamus feſtū ꝟginis.tropheū.i.victoriā.ideo accipe i.ſuſcipe.votū.i.preces nr̄as

Hec tua virgo duplici beata ſorte/ dū geſſit fragilē domare corporis ſexū domuit cruentū corpore ſetū

¶ Hec tua ꝟgo eſt btā.duplici ſorte.ſcꝫ caſtitate.ꝛ martyrio. dū geſſit laborauit.domare.caſtigare.fragilē ſexū.i.naturā corpis.ꝛ illa domuit.i.deuicit.cruentū.i.crudelē.ſetū.i.diabolū.corpore (vt Agatha)

Vñ nec mortē nec amica mortis/ſeua penaꝝ genera paueſcens ſanguie fuſo meruit ſecreta ſcādere celi.

¶ Conſtrue.Unde nec fuit paueſcens.i.timēs.mortē.nec ſeua genera penaꝝ.nec fuit amica mortis.i.diaboli vel peccati.ideo ſanguie fuſo.i.ꝯſummato martyrio.ipſa meruit ſcandere ſecreta celi.i.ad celos.

Huiꝰ obtentu deꝰ alme/noſtris pce iā culpis/vicia remittēs qͦ tibi puri reſonemꝰ almū pectoris hymnū

¶ Conſtrue.o alme deus parce iam culpis.i.peccatꝭ.obtentu.i.prece.huius.ſcꝫ ꝟginis.ꝛ tu remittens vicia.quo ꝓ vt. nos puri reſonemus tibi almū hymnū.i.canticū ſanctū cantemus ad laudē tuā.

Gloria tibi domine.qui natus ꝛc.

Eſu corona virginū/quem mater illa concepit
que ſola virgo parturit/hec vota clemēs accipe

¶ In hoc hymno laudat autor deū in cōmemoratōne ſctāꝝ virginū. ⁊c.
¶ Cōſtrue. O ieſu corona v̄ginū. quē. i. te. illa mater ꝯcepit. ſcʒ maria que ſola mater inter alias v̄go parturit. tu clemens accipe id ē. ſuſcipe hec vota noſtra. i. has preces

Qui paſcis inter lilia ſeptus choreis v̄ginū: ſpōſas decorans gloria/ſponſiſq̄ʒ reddens premia.

¶ Tu paſcis. i. delectaris. inter lilia. i. bona opera. ſeptus. i. circūdatus choreis. i. ordib⁹ v̄ginū. ⁊ decorās ſpōſas gloria ⁊ reddēs ſpōſis p̄mia

Quocūq̄ʒ p̄gis v̄gines ſequūtur atq̄ʒ laudib⁹/ poſt te canentes curſitant hymnoſq̄ʒ dulces p̄ſonant.

¶ Quocūq̄ʒ p̄gis. i. ad quēcūq̄ʒ locū p̄gis ille v̄gines ſequūtur te. atq̄ʒ canentes curſitāt. i. currūt poſt te. laudibus. ⁊ p̄ſonant dulces hymnos.

Te deprecamur largius/ noſtris adauge ſenſibus: neſcire p̄rſus oīa corruptōis vulnera ¶ Preſta ⁊c.

¶ Ergo nos p̄camur te adauge largius. i. amplius. noſtris ſenſibus. ⁊ da p̄rſus. i. omnino. nobis oībus neſcire vulnera corruptionis.

Lozia laus ⁊ honor tibi ſit rex chriſte redēptor
Cui puerile decus prompſit oſanna pium

¶ Iſte hymnus ad p̄ceſſionem canitur ipſo die palmaꝝ. ī quo tractat laus ieſu chriſti. que longius repetit. Primo a pueris hac die (oſanna canentibus. Deinde a meritis p̄ſonalibus ieſu. Tercio a diuerſis creaturis. deſcendendo tandeʒ ad hebreos ſiue iudeos. qui hoc die ſpecialē dn̄o honorem exhibuerūt. ⁊ nos ſimiliter facere conamur vt placeam⁹ dn̄o ſicut ⁊ iudei in illo placuerūt eidem ¶ Conſtrue. O rex chriſte ieſu redemptor noſter. gloria laus ⁊ honor ſit tibi (reſumendo verbum ſit ad quemlibet nom̄) Cui ſcʒ chriſto. puerile decus. i. pueroꝝ reuerentia tibi occurrentiū. in introitu tuo in hieruſalem) prompſit. i. decantauit ſeu p̄mulgauit. ⁊ dixit (piū oſanna. i. plenū pietatis. vel obſecro. vel ſaluifica. vel ſanctifica. ſcʒ mūdū. qd̄ pueri a dn̄o optarūt nobis fieri

Iſrael es tu rex dauidis ⁊ inclyta proles. Nomine qui in domini/rex benedicte venis.

Laudatur hic chriſtus a meritis ꝓpriis. Conſtrue. O benedicte rex ieſu chriſte. tu es rex iſrael. ſcȝ populi iſraelitici. ⁊ inclyta ꝓles. i. clara ⁊ nobilis. dauidis. ſcȝ regis. vt patet ibi. Liber generatõis. (dauidis media ꝓducta. ita etiã habet menſura verſus) ⁊ hoc bñ. Licetqȝ ꝓpria nomina etiã in mediis ſyllabis ponũtur ad placitũ.) qui venis. ſcȝ hodierna die in ciuitatẽ hieruſalẽ paſſurus ꝓ nobis miſeris peccatoribus in noĩe dñi. i. in ꝟtute dei patris ⁊c. Uel ſic poteſt exponi. Rex iſrael id eſt. rex populi celeſtis videntis deuȝ. dauidis. ſcȝ dei. patris venis. i. deſcendis. ſcilicȝ de ſinu dei patris in hũc mũdũ. miſſus ab eodẽ patre ad redimendũ nos.

Cetus in excelſis te laudat celicus omnis/Et mortalis homo/cuncta creata ſimul/

Hic refert autor quõ dñs noſter ieſus chriſtus. laudatur ab omnibꝰ creaturis. vt ꝑ hoc nos indicat ad laudandũ eundẽ dñm. Conſtrue. Omnis celicus cetus. i. celeſtis turba. laudet te. ſcȝ xp̃m. in excelſis. i. ĩ celis. Et mortalis homo. i. corruptibilis ſiue potẽs mori. ⁊ cũcta creata i. oẽs relique creature. ſimul. i. pariter laudant te. Et etiã hoc die cuius rei memoria ꝓ nũc in eccleſia celebratur.

Plebs hebrea tibi cum palmis obuiaȝ venit: Cum prece voto hymnis aſſumus ecce tibi.

Plebs hebrea. i. iudaicus populus. venit obuiã. i. inoccurſũ. tibi ſcȝ venienti in ciuitatẽ hieruſalẽ. cũ palmis ⁊ ramis arboꝝ ad honorẽ tuũ ſtratis in via. ecce nos ſimiliter aſſumus. i. pñtes ſumus. tibi. cũ prece. i. orõne. voto. i. deſiderio ⁊ hymnis. i. canticis (q̃ſi di) nos ſimiliter hodie te xp̃m redemptorẽ noſtꝝ. q̃tũ in nobis eſt. laudare volumus

Hi tibi paſſuro/ſoluebãt munera laudis: Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.

Conſtrue. Hi ſupple hebrei ſiue iudei. ſoluebant. i. reddebant ⁊ exhibebant. tibi paſſuro. qui pati adhuc debebas. munera. i. debita. laudis ſcȝ reuerentie ⁊ honoris. pari forma. ecce nos pangimus. i. decantamus tibi regnanti. modo. iam in celis. melos. i. dulce canticũ laudis.

Hi placuere tibi/placeat deuotio noſtra: Rex pie rex clemens cui bona cũcta placent

Conſtrue. O pie rex.i.benigne. ⁊ o clemens rex.i. mitis. cui cuncta bona placent.i.queq; officia laudis bona mente exhibita accepta ſunt. nſa deuotio.i.ſupplex oratio placeat.i.grata ſit tibi.eo mō quo hi.id eſt hebrei placuere tibi.p ſuū obſequiū reuerētie. Sunt q̄plures vſus ſed illi nō cantant in eccleſia.ideo hic ꝑtermittūtur.

Inuentor rutili dux bone luminis: qui certis vicibus tempora diuidis/merſo ſole chaos ingruit horridum/ lumen redde tuis chriſte fidelibus

Materia hymni eſt ignis. Deus tuus ignis ↄſumens eſt. Et omēs transſferētes ſe ſcḋm aliquā ſimilitudinē transſferūt ſe.ignis aūt ꝓprietas deo competere poteſt.q̄re deus ↄueniēter aſſimilatur igni ⁊c̄. Et ſic in vigilia paſche eccleſia ignē excitat de ſilice vel petra. ſignās chriſtū eſſe lumen in petra repoſitū ſequenti die excitari.rogans nos ↄſeruari in agnitione veri luminis (qui chriſtus eſt) Conſtrue. O bone dux.xp̄e ſcȝ exiſtens inuentor rutili luminis.i.fulgentis lucis.p creationeȝ ſolis ⁊ lune ⁊ totius firmamenti.q̄ diuidis.i.diſtinguis ſiue ordinas tp̄a.ſciȝ dies annos ⁊ menſes ⁊c̄.certis vicibus.i.debita ⁊ ↄuenienti alteratōe vel ordinatōne.horridū chaos.i.horribilis confuſio.ingruit.id ē. incidit merſo ſole.ſcȝ te chriſto occiſo ⁊ in monumento repoſito.q̄ eſt verus ſol ergo o chriſte redde.ſ.p reſurrectionē tuaȝ.tuis fidelibus.i.chriſtianis. lumen.ſcȝ gratie vel agnitionē vere fidei.

Quāuis innumero ſydere regiam/ lunariq; poluȝ lampade pinxeris/ incuſſu ſilicis lumina nos tamē monſtras ſaxigeno ſemine querere.

Conſtrue.o chriſte q̄uis pinxeris.i.ornaueris regiā.i. regalē domū tuā.inumero ſydere.i.infinitis ſtellis.quo ad nos ſaltē.q; ꝑ ⁊.pinxeris i.ornaueris.polum.i.celum.lunari lampade.i.cum lumine ipſius lune. lampas ↄtinens.tamen mōſtras.i. oſtendis vel doces nos chriſtianos incuſſu.i.ↄcuſſione ſilicis.querere.i.querēdo inuenire.lumina.i. ignes illuminoſos.ſaxigeno ſemine.i.ex natura lapidis vel ſaxi.⁊ hoc litaliter Sed myſtice exponitur dupliciter. Primo ſic. Doces nos q̄rere lumen i.gratiā.ex ↄcuſſu ſilicis ſaxigeno ſemine.i.de chriſto(q̄ petra vel ſaxū dicitur. Alio modo. Doces nos querere lumen.i.ↄtritionē peccatoꝝ ex ↄcuſſu ſilicis ſaxigeno ſemine.i.ex indurato corde in peccatis.

Ne neſciret homo ſpeȝ ſibi luminis/ in chriſti ſolido corpore conditam/qui dicit ſtabilem ſe voluit petrā/ noſtris igniculis vnde genus venit.

¶ Et q: virtus cōſeruat membra p influentiā capitis)ideo. Ne homo neſciret.i.cognoſceret(q: due negationes faciūt vnā affirmatiōꝫ)ſpem luminis.et vere beatitudinis.eſſe inditā conditā .ſibi .i. ad ſuā vtilitatē in ſolido.in firmo corpore chriſti.q̄ chriſtus voluit.i.precepit.ſe dici id ē vocari.ſtabilem petram.i.firmū fundamentū.vnde.i. de qua petra.vel chriſto.genus.i.origo luminis.venit.i.aduenit.noſtris igniculis.id eſt. ignibus noſtre fidei(que ex petra.i.chriſto excuſſa eſt)

Pinguis quos olei roze madentibus lichnis ac faci bus paſcimus aridis/quin et fila fauis cyrpea flozi bus pzeſſo melle pzius collita pingimus.

¶ Conſtrue.Quos.ſcꝫ igniculos.paſcimus.i. ꝯſeruamus et nutrimus lichnis madentibus.i.filis humefactis.rore.i.pinguedine.pinguis olei ac p et.paſcimus igniculos.aridis facibus.i.ſicce et lignis.ſcꝫ appoſitis quin.i.inſuper.pingimus.i.cōponim⁹.fila cyrpea.i. de cyrpo vel hmōi iunco facta.collita.i.intincta.floribus.i.florentibus rebus.et fauis.i.cuꝫ cera quam apes de floribus ſumpſerūt.melle.i.examine apuꝫ.preſſo.i. extracto.prius.i.antea.

Viuax flāma viget ceu caua teſtula ſuccū lintheolo ſuggerit ebzio/ſeu pinus picem fert alimoniam/ſeu ceram teretem ſtuppa calens bibit.

¶ Nō tm̄ nutritur ignis p ceram a floribus et fauo expreſſam. ſed etiā viuax flāma.i.ardens teda in igne.viget.i.preſtat et i vigore manet.ceu i.ſicut fit qn̄ vas ſuggerit.i.adminiſtrat.lintheolo.i. paruo lineo panno. ebrio.i.humefacto.vel oleo pfuſo.ſuccū.i.liquorem vel alimentū.ſeu.i. ſupple viuax flāma viget ſicut pinus.talis arbor. profert.i.adminiſtrat picem.illum humorem viſcoſum.alimoniā.i.in nutrimētis. ſcꝫ ipſi igni ſeu.i.vel viuax flāma viget ſicut ſtuppa.ſcilꝫ extenſa.que fit ex ſupfluo canopi vel lini.calens.i ardens vel incenſa bibit.i.attrahit vel aſſumit cerā teretem.i.cereā candelā rotundā. ¶ Nota teres etis.ois gener eſt rotundū ſicut haſta vel candela.ſed rotundus a ū dſſphericū velut pomū.Vn̄.Haſtam dic teretem.pomū dic eſſe rotundū.

O res digna deus/ quā roſide noctis pzincipio grex tuus offerat luce quaꝫ tribuis nil pzecioſi⁹ luce qua reliqua pzemia cernimus.

¶ Conſtrue.O deus.ſupple tu exiſtens res digna.luce.i.lumine.quia ſicut in ſpūalibus ſimpliciſſimū ens eſt deus.ſic inter corpalia vel ma-

terialia ſubtiliſſimū eſt ignis) ⁊ lux. quā. ſ. lucem tyus grex. i. tuus fidelis electus ppl's. offerat tibi. tanq̄ ꝓ ſacrificio. pᵃcipio. in inicio noctis roſi-de. i. gratioſe ⁊ odorifere noctis. quā. ſ. lucē tu deus tribuis. i. donas nob ⁊ nil. i. nihil ē. p̄cioſius. i. dignius. luce. ſ. vera. tū q: eſt prima rerū creatarum q: mediāte luce videmus reliq̄ bona creata. q: lux eſt ratio vidēdi. ⁊ ꝑ dicit qua luce cernimus. i. videmus. reliqua. ſ. cetera alia entia.

Tu lux vera oculis lux quoq; ſenſibꝰ intꝰ tu ſpeculū ſpeculū tu foris/ lumen tu famulans offero ſuſcipe tinctum pacifici chriſmatis vnguine

Quēadmodū aūt lux vel ignis eſt quoddā mediū vidēdi corporalis ſic deus eſt mediū vidēdi ſpūal: a. ⁊ hoc eſt qđ dicit. O deus tu es vera lux oculis. ſ. ſpūalibus ſcōꝝ in patria ratione deitatis. quoq; ꝓ ⁊ o deus tu es lux ſenſibus. i. ocl'is carnalibꝰ ꝑ tui ſcīſſimi corꝑis reſurrectionē ratione humanitatis. q̄bus oculis fruent̄ in patria oēs ſcī. ⁊ o deus. tu es ſpeculū intus. i. interioꝝ ⁊ ſpūaliū oculoꝝ. ſ. ꝑ grāꝝ infuſionē. q̄ relucent ⁊ reſplēdent in nobis. ⁊ o deꝰ. tu es ſpeculū foris. i. ab extra. ſ. ocl'oꝝ corporaliū grata viſio. et hoc ꝑ miraculoꝝ oſtenſionē. ⁊ o deus tu ſuſcipe. i. accipe. lumē ex ſilice excuſſū. qđ. ſ. lumē. ego famulās. i. ſeruiens, offero tibi. ſ. tanq̄ ꝓ ſacrificio. ⁊ o deus. ſuſcipe lumē tinctū. i. humefactū vel aſꝑſum. vnguine. i. vnguēto. pacifici criſmatis. i. ſpūſſancti. vel eius liquoris ab effectu dicti. eo q̄ pacem faciet inter deū ⁊ nos.

Splendēt ergo tuis pater muneribus flāmis mobilibus ſcilicet atria. abſentemq; diem lux agit. emula nox quam cū lacero victa fugit peplo.

Et ſic ſuſcepto ſacrificio o pater in diuinis. atria. ſ. tua. i. tēpla ī q̄bus modo cōſtituiſti. tuis muneribus. i. donis datis. ſ. docēdo ignē excutere ex ſilice ⁊ fouere. atria dico. ſplēdēt. i. lucēt. mobilibus flāmis. epitecon ꝑpetuū. flāma eni ſemꝑ mouet̄. q; ꝓ et. lux. i. ſplendor. ſ. ſolis. agit. i. cauſat. abſentē diē. ſ. ꝑ radioꝝ extenſionē. quā. ſ. lucē emula nox. i. cōtraria dieī exiſtēs. victa. i. ſuꝑata. ſ. a luce. fugit. i. ceddit, cū lacero peplo. i. obſcuro velamine. ſ. tenebraꝝ. vel myſtice diem ꝓ nouo teſtamento ⁊ noctem pro veteri capere quis poteſt.

Per chriſtum genitum ſumme pater tuum/ in quo inuiſibilis ſtat tibi gloria/ qui noſter dn̄s/ qui tuus vnicus ſpiras de patrio corde paraclytū.

¶ Et vt grata ſint ⁊ gratificata laudat diuinitatē. dicēs. o ſumme pater ſuſcipe tinctū lumen ⁊ accenſum. p chriſtū genitū tuū. i. ꝓpter filiū tuū. in quo filio. inuiſibilis gloria. i. nō apparēs ſed occulta. ſtat. i. manet. tibi patri. q ſcꝫ xp̄s. eſt noſter dn̄s p emptionē ⁊ nature hūane aſſumptōnē q ſcꝫ chriſtus eſt tuus vnicus filius. ſcꝫ ī tp̄e natus. ⁊ ab eterno genitus ⁊ o ſumme pater. ſpiras. i. emittis. de patrio corde tuo. ſ. cū filio. paclytū i. ꝯſolatorē vel ſpiritūſanctū.

Per quem ſpendoꝛ honoꝛ laus / ſapientia / maieſtas bonitas ⁊ pietas tua regnū ꝯtinuat triplici numine texens perpetuis ſecula ſeculis.

¶ Per quē. ſ. chriſtū filiū dei. ſplendor. ſcꝫ eternus. ⁊ honor ⁊ laus. ſcꝫ eterna. ꝯtinuat. i. dilatat ⁊ ꝓlongat. regnū. ſcꝫ tuū (qđ eſt ſumni boni viſio ⁊ fruitio) ⁊ p quē ſcꝫ xp̄m. ſapientia. i. ꝓuidentia tua. ⁊ maieſtas id ē imperiū tuū vel ptās tua ⁊ bonitas ſcꝫ tua. ⁊c̄. continuat. i. pſeueranter tenet regnū ſcꝫ celoꝝ. ⁊ p quē xp̄m tu ſumme pater es texens. i. i. diſponens. ⁊ p fatū ordinās. ſecula. i. tp̄a vel regna trāſitoria. ppetuis ſeculis i. eternis tēporibus ⁊ eternaliter. triplici numine. i. cū triplici pſona vel maieſtate diuinitatis. Fata enī regūt mūdū. ⁊ oīa ſtant ſub certa lege.

Salue feſta dies toto venerabilis euo / Qua deus infernū vicit ⁊ aſtra tenet.

¶ Iſtud eſt dictamen ſuauiſſimū. in quo Autor dirigit ſermonē ſuū ad diem paſche. ſalutās ⁊ recōmendās illū de his q ī ea acta ſunt. deducēs quō oīa terrenaſcētia circa hoc tempus ſcīn ꝯgratulent dn̄o reſurgēti in eodē die. quō nemus. gramina ⁊c̄. fauent. vt patebit. ¶ Conſtrue ſic O feſta dies. i. celebris dies paſche. ſalua. i. ſis ſalutata. venerabilis. i. celebris. toto euo. i. ſemp ⁊ imppetuū. ¶ Et ſubdit autor rationē dicēs. Qua ſcꝫ die. deus. i. dn̄s noſter ieſus chriſtus. vicit. i. ſupauit. infernū. i. tartaꝝ. ſcꝫ redimendo patres ex eo) ⁊ tenet aſtra. i. habitat in celis. q̄a ipſe regnat in celis ⁊ dn̄atur aſtris.

Ecce renaſcentis teſtatur gratia mundi / Omnia cū domino dona rediſſe ſuo.

¶ Conſtrue. Ecce gratia renaſcentis. i. diſpoſitio bona ꝓductiua terre naſcentiū illius mūdi inferioris (qm̄ illa terrenaſcētia poſt frigora qb⁹ pierūt. denuo incipiūt. creſcere ⁊ reuiuiſcere) teſtat. i. teſtimoniū dat. ⁊ oſtendit oīa dona. i. munera ſua. ſcꝫ gramina. folia. flores et fructus. rediſſe. i. reſtituta eſſe cū ſuo dn̄o (illo q a pilato crucifixus mortuus ⁊c̄. in hac die rediſſe, id eſt reſurrexiſſe vere phibet,

Et ita vult Autor dicere. q ſicut dñs mortuus hodie reſurrexit. ita ſimiliter terrenaſcentia mortua p hyemē iam videntur renaſci ⁊ reſurgere. ⁊ reſurrectioni dñice congratulari. ſicut patebit infra certius.

Nanq triumphanti poſt triſtia tartara chriſto Undiq fronde nemus gramina flore fauent.

Nanq p qr. gramina. i. herbe ſiue terrenaſcētia. fauēt. i. arridēt cōgaudēt. vndiq. i. vbiq ſiue in omni tēpore. flore ſuo quē pducūt. vel flore i. floribus ponēdo ſingulare p plurali. ⁊ nemus. i. ſylua fauet. ita q hic ſit lypozeugma. qr hoc verbū fauet in fine poſitū cōfirmat poſteriori nrō ſcz gramina. fronde. i. frondibus ⁊ foliis. chriſto ieſu triūphanti. qui modo vt victor triūphat. poſt triſtia tartara. meſta ⁊ deſolata. quia iam per dñm nrm ieſum chriſtū effracta eſt. et ſuperata. Item nemus locū dicit arboribus multis conſitū. ⁊ exponi poteſt nemus. i. arbores intelligēdo contentū p continēte per metonomiam.

Legibus inferni oppreſſis ſuper aſtra meantē Laudant rite deum/lux/polus arua/fretum.

Iſte verſus ſeruit magis pro die aſcēſionis domini. Et eſt ſententia talis. lux. i. claritas luminariū lucētiū ſup terrā. vel. i. pulchritudo aeris iam exiſtens. polus. i. celum ſeu curia celeſtis. arua cāpi ⁊ prata. fretum mare ⁊ aque. laudant. i. honorant ſuo felici ⁊ leto ſtatu gratulantia. rite. i. legaliter ⁊ debite. ieſum chriſtum. meantē. i. ambulantē. ſuper aſtra. i. orbes ⁊ loca aſtrorum. hoc eſt laudant chriſtum qui iam aſcendit ad celos. ⁊ hoc dico. legibus. i. iuribus. inferni oppreſſis. id eſt conculcatis ⁊ ſuppeditatis. ⁊c.

Qui crucifixus erat deus ecce per omnia regnat. Dantq creatori cuncta creata precem.

Ecce deus. ⁊ homo. ſcz chriſtus. qui erat crucifixus pro nobis. i. cruci affixus pro nobis. regnat. id eſt dominatur iam. per oīa: id eſt ſuper oīa. q pro et. cuncta creata. i. omnes creature. dant eidem crucifixo. creatori ſuo precem. id eſt laudem.

Expliciūt expoſitiones hymnorum in libro tranſmare impreſſo cōtentorum. Et ſequūtur plures in illo deficientes.

¶ Sequūtur hymni q̄plures in precedenti libro
deficientes. Et primo de venerabiliſſimo ſacramen
to eucharistie. i. corporis chriſti.

S Acris ſolēniis iuncta ſint gaudia/et ex precor
diis ſonent p̄conia/recedant vetera noua ſint
omnia/corda voces et opera

¶ Iſte Hymnus cantatur in pfeſto Corporis chriſti In quo autor nos
hortatur ad exultationē ſpūalem ꝛ ad debitam reuerentiā ꝛ cernuā ve-
neratiōnē tanti ꝛ tam venerabiliſſimi ſacramēti euchariſtie. vt patebit
¶ Huius ſacramenti figura preceſſit qn̄ manna pluit deus patribus in
deſerto qui quotidiano celi paſcebant alimento. Vn̄ dictū eſt(Panem
angelorꝝ manducauit homo. Sed illū panem mādūcantes mortui ſunt
Iſte aūt panis quem chriſtus legifer noſter dedit ꝛ dat nobis fidelibus
viuus eſt(qui de celo deſcendit)vite eterne ſubſtantiā miniſtrat. ꝛc̄
¶ Vn̄ vt artius huius charitatis īmenſitas cordibus infigeret fidelib̄
In vltima cena(de quo myſterio Hymnographus fatur) qn̄ paſcha cū
diſcipulis ſuis celebrato. Chriſtus tranſiturus de hoc mūdo ad patrem
iſtud ſacramentū inſtituit tanq̄ paſſionis ſue memoriale perenne. figurarꝝ
veterū impletiuū. miraculorꝝ ab ipſo factorꝝ maximuꝫ ꝛ de ſua abſentia
ꝯtriſtatis ſolatiū ſingulare. Conuenit itaq̄ꝫ deuotioni chriſticolarꝝ reco-
lere ſolēniter inſtitutionē tam ſalutiferi tamq̄ꝫ mirabilis ſacramenti. vt
ineffabilē modū p̄ntie in ſac̄o viſibili veneremur. ꝛ laudet dei potentia
que in eodem ſac̄o tot mirabilia operat. necnon ꝛ de tam ſalubris tamq̄ꝫ
ſuauis ſac̄menti inſtitutione deo referant debite gratiarꝝ actiones
¶ Qd̄ aūt (Sacramentū ſit ſacre rei ſignū(vt dr̄. iiij. ſententiarꝝ) Et q̄
ſumitur corporaliter ꝛ ſacramentaliter ꝛc̄. iam omittitur declaratio. ſed
diſcretioni dydaſculorꝝ hymnidicorꝝ ꝯſtructionē faciendorꝝ cōmittitur.
ꝛ ad rudes ſcholipetas ad ſolam litteralē(ſalua allegoria myſtica)expo
ſitionem impoſterꝝ(prout facultas ſuppetit) proceſſurus. ¶ Conſtrue.
¶ Gaudia. ſubaudi noſtra. i. exultationes ſpūales. ſint iūcta. i. annexe.
ſacris ſolēniis. i. ſacroſanctis ſolēnitatibus. feſto corporis chriſti. ꝛ pre-
conia. i. laudes hymnicanorꝝ. ſonent. i. ſonū dent. ſcꝫ venerabili ſac̄mēto
ex precordiis. i. ex intimis noſtris p̄cordialibus. vetera. i. holocauſta ve
teris teſtamenti. vel ſaltem fermenta aut peccata. recedant. ſ. a nobis.
ꝛ oīa ſint noua. ſcꝫ a chriſto inſtituta. Vel ſic. corda. i. cogitatōnes cordis
voces. i. oris ſonitus. ꝛ opera. i. ꝯſenſus operis. ſint noua. i. de nouo mū
data ꝛ emendata. ad reuerentiā venerabilis ſacramenti. ꝛc̄.

Noctis recolitur cena nouiſſima/ qua chriſtꝰ credit agnum et azima dediſſe fratribus/ iuxta legitima priſcis indulta patribus.

Hic Legifer noſter facit cenam in vltima nocte añ eius paſſionem. Conſtrue. Nouiſſima.i.vltima cena noctis.recolitur.i.recordat.qua i.in qua cena.xp̄s creditur.dediſſe.i.comediſſe.agnū.ſcz paſchalem.et azima.i.ſincera.q̄ſi panē ſine fermento.fratribus.i.diſcipulis ſuis(quia in xp̄o frēs ſumus) iuxta indulta legitima.i.legalē ꝯſuetudinē iudeoꝝ. ſupple a.priſcis.i.veteribus patribus(vt dr̄ in libro Deuteronomij.)

Poſt agnū typicū expletis epulis corpus dominicū datum diſcipulis/ ſic totum omnibus quod totum ſingulis/eius fatemur manibus.

Conſtr.Expletis epulis(epule aꝝ.i.fercula)i.cena facta. poſt agnū typicū.i.figuratū ⁊ paſchalē.nos fatemur.i.ꝯfitemur fideliter.corpus dn̄icū.i.chriſti.datū diſcipulis.ſcz duodecim.manibus.ſ.ꝓpriis chriſti. ſic.i.tantū.ſupple dedit ſe totū omnibus.quod.ſ. corpus dedit totum.i. totaliter ſingulis.i.vnicuiq; ſingulariter.⁊(ſubaudi. nō tn̄ minuitur)

Dedit fragilibus corporis ferculū/ dedit ⁊ triſtibus ſanguinis poculū/dicens accipite quod trado vaſculum/omnes ex eo bibite.

Hic xp̄s offert diſcipulis carnē ſuam ad manducandū.⁊ ſanguinem ſuū potandū ⁊c. Conſtrue.ſupple xp̄s.dedit fragilibus.i. debilibus. in carne.ferculū.i.corpus ſuū ⁊ dedit triſtibus.ſ.ꝓpter mortē ſuā.poculum.i.potū.ſanguinis.ſui.dicens accipite vaſculū.i.calicē.qđ vaſculū: trado vobis.ſ.diſcipulis.⁊oēs.ſupple duodecim.bibite ex eo.i. calice.

Sic ſacrificiū inſtituit/ cuius officiū cōmitti voluit/ ſolis preſbyteris quibus ſic congruit/ vt ſumant et dent ceteris.

Hic reprehendūtur oēs heretici.vt Rokezan.Huſſch.⁊ bohemi ⁊c. ꝗ nō ſolū hoībus nō ꝯfeſſis.imo ⁊ puerꝭ corpus dn̄icū ſub vtraq; ſpecie miniſtrāt. Conſt.Supple xp̄s.inſtituit.i. ꝯfirmauit ſacrificiū.i.ſacm̄ eukariſtie.ſic.i.tali modo.cuius.i.chriſti officiuz vtendi taliter. voluit.i. placuit cōmitti.ſcz impoſteꝝ.ſolis preſbyteris(⁊ hoc legitime ordinatꝭ quibus congruit.i.cōuenit. vt ſumāt.i.manducāt.ſcz vnum corpus ſub vtraq; ſpecie.⁊ dent ceteris.ſ.fidelibus.ſub vnica.

Panis angelic⁹ fit panis hominū/ dat panis celicus figuris terminū/ o res mirabilis mādu cat dominū pauper ſeruus ⁊ humilis.

¶ Conſtrue. panis angelicus. i. angeloꝝ. fit panis hominū. terreſtriū. fideliū. ⁊ panis celicus. i. celeſtis chriſtus. dat terminū. i. finem figuris typicis veteris teſtamenti. o mirabilis res. ꝑſpicua. ⁊ laudabilis (quia pauper. ſpiritu. ſeruus. i fide. ⁊ humilis. corde. manducat. i. corporaliter ⁊ ſacramentaliter ſumit. dñm. i. corpus dñicum.

Te trina deitas vnaq; poſcimus/ ſicut nos viſitas ſic te recolim⁹/ ꝑ tuas ſemitas duc nos quo tendim⁹ ad lucem quam inhabitas.

¶ Conſtrue. O deitas exiſtēs vna. in eſſentia. trina. ſcʒ in ꝑſonis. nos poſcimus. i. petimus te. vt ſicut tu viſitas nos. i. chriſtifideles in ꝑñtia ſacramentali. vt ſic nos recolimus te. ꝑ humilem deuotionē. ⁊ tu deus duc. i. ꝑduc nos ꝑ tuas ſemitas. i. rectas ⁊ artas vias. illuc. quo. i. ad qđ tendimus. i. cupimus. ad lucem. ſ. eternā. quam inhabitas. ſcʒ perenniter

¶ De eodem feſto ad matutinas.

Pange lingua glorioſi corporis myſteriū/ ſanguiniſq; precioſi/ quē in mūdi preciū fructus ventris generoſi rex effudit gentiū.

¶ Iſte hymnus cantatur ad matutinas ad reuerentiā venerabilis ſacramenti. ⁊ eſt quodāmodo idem ⁊ eiuſdem materie cū precedenti ⁊c.

¶ Conſtrue. O lingua. ſ. hūana. pange. i. cane. myſteriū. i. diuinū ſecretū. vel abſconditū ſacramentū. glorioſi corporis. ſ. chriſti. q; ꝓ ⁊. precioſi. i. preciodigni ſanguinis. ſ. chriſti. quem. ſanguinē. rex gentiū. xp̄s exñs fructus. i. filius. generoſi ventris. i. nobilis alui. marie virginis. effudit. i. ſparſit in cruce. in preciū. i. redemptionem mūdi. ſcʒ huius

Nobis datus nobis natus ex intacta virgine/ et in mūdo conuerſatus ſparſo verbi ſemine/ ſui moras incolatus/ miro clauſit ordine.

¶ Chriſtus eſt) datus nobis. a patre. natus. i. genit⁹ nobis. ex intacta. i. incorrupta virgine. maria. ⁊ ꝯuerſatus. i. cōuerſabilis in mūdo. ſ. ꝑñti ſparſo ſemine verbi. i. predicante verbū diuinū (⁊ xp̄s) clauſit moras. i. ꝑſeuerantias ſui incolatus. i. habitationis ꝓpꝛie. miro ordine (vite ſue)

Verbum caro panem verum verbo carnem efficit/ fitqꝫ ſanguis chriſti merum/ et ſi ſenſus deficit/ ad firmandum cor ſincerū/ ſola fides ſufficit.

¶ Conſtrue. Verbū caro. ſcꝫ factū. i. filius dei xp̄s. efficit. i. ꝯficit. carnē. ſ. corpus ſuū. verū panem. i. immortalē celeſtem. verbo. i. ꝯſecratione. v. hoc eſt corpus meū) et merū. i. vinū. fit ſanguis chriſti. et ſi ſenſus. ſ. hoīs deficit. i. nō ꝑcipit. ſola fides. ſ. firma. ſufficit. i. ſatis eſt. ad firmandū. id ē ꝯfirmandū cor ſincerꝝ. fidelem hominem.

Tantū ergo ſacramentū veneremur cernui/ et antiquū documentuꝫ nouo cedat ritui/ preſtat fides ſupplementū/ ſenſuū defectui.

¶ Conſtrue(qr caro chriſti vere cibus eſt. et ſanguis vere potus. ideo) nos cernui. i. humiles. proni in capite ruentes. veneremur. i. adoremus tantū ſacramentū. i. tam ſacram mentē. vel inuiſibilem formā(vt dr. iiij ſententiaꝝ) et antiquū. i. vetus documentū. holocauſtū iudeoꝝ figuratū cedat. i. locū det. nouo ritui. i. firmiori et rectiori mori chriſti legiferi nr̄i. (et ſi rem nō noueris) fides. ſcꝫ chriſti firma. preſtat ſupplementū. i. completionem dat defectui. carentie. ſenſuū. i. intellectus exterioris.

Genitori genitoqꝫ laus et iubilatio/ ſalus honor virtus quoqꝫ ſit et benedictio/ ꝓcedenti ab vtroqꝫ compar ſit laudatio.

¶ Refert hymnographus gratiaꝝactiones ſancte trinitati dicens ſic. Laus et iubilatio. quoqꝫ ꝓ et. virtus. ſit genitori. i. patri. qꝫ ꝓ et. genito. i. filio. et benedictio. i. gratiaꝝactio ſit ꝓcedenti ab vtroqꝫ. i. a patre et filio. i. ſpūiſcō. et compar laudatio ſit. ſcꝫ vni deo in tribus ꝑſonis. Amen.

¶ In laudibus et ſecundis veſperis.

Verbum ſupernū prodiens/ nec patris linquēs dexteram/ ad opus ſuūꝫ exiens/ venit ad vite veſperam.

¶ Iſte hymnus ſimiliter canitur in die Corporis chriſti. et eſt eiuſdem materie cum precedentibus. Demonſtrans qualiter Legifer chriſtus exiens a patre. i. a ſummo celo egreſſus ad nos. ſcꝫ ad veſperam vite.

⁊ exinaniuit ſemetipſum formã ſerui induens faciens ſe ſociũ nobis in humana carne. vt nos ꝑditos redimeret ꝑ ſuam paſſionez. dans nobis illam ꝓ memoriali tanꝙ vltimũ eius teſtamentũ inſtituens. vt patebit
¶ Conſtrue. Uerbum ſupnũ. i. filius dei altiſſimi. ꝓdiens. i. deueniens ⁊ apparens nobis. nec linquens. i. nõ dimittens. dexteram. i. ſeſſionem ⁊ ſedem patris. ſcꝫ eius omnipotentis. ⁊ exiens ad opus ſuum, hoc eſt ad paſſionem ſufferendã ꝓ nobis peccatoribus. venit ad veſperã. id ẽ. tempus ⁊ vltimã horam. vite. i. huius mũdi. i. ad cenam noctis. ⁊c

In mortẽ a diſcipulo ſuis tradendus emulis prius in vite ferculo/ſe tradidit diſcipulis

¶ Conſtrue (ſupple chriſtus veniens ad vite veſperã) prius. i. priuſꝙ tradendus eſſet a diſcipulo. iuda. ſuis emulis. i. inuidijs iudeoꝝ. in mortem. ſ. corporalem. tradidit. i. dedit ſe. ad manducandũ. diſcipulis. ſ. ſuis. in ferculo. i. cibo vite.

Quibus ſub bina ſpecie carnem dedit ⁊ ſanguinez vt duplici ſubſtantia/totum cibaret hominem/

¶ Quibus ſcꝫ duodecim diſcipulis. chriſtus dedit carnem. ſcꝫ in cibũ. ⁊ ſanguinẽ. ſuũ in potũ. ſub bina ſpecie (q2 fuerũt iam ordinati p̄ſbyteri vt cibaret totũ hominẽ duplici ſubſtantie. ſ. hũanitatis ⁊ diuinitatis.

Se naſcens dedit ſocium/conueſcens in eduliuz: ſe moriens in precium/ſe regnans dat in premiũ.

¶ Conſtrue. chriſtus naſcens. i. naſcẽdo. dedit ſe ſociũ. in hũana carne ⁊ conueſcens. i. ſimul comedens cum diſcipulis. dedit ſe in eduliuz. i. in cibum ⁊ preguſtiuã eſcam. (⁊ chriſtus) moriens dedit ſe in preciũ. id eſt redemptionem noſtram. (⁊ iam) regnans. in celis. dat ſe. nobis fidelibꝰ in premiũ. i. in meritũ ſempiternũ.

O ſalutaris hoſtia/que celi pandis oſtiuz: bella premis hoſtilia/da robur fer auxiliũ.

¶ O ſalutaris hoſtia. i. ſalutifera victima. que pandis. i. aperis. oſtiuz i. ianuã celi. i. paradyſi celiſtis. da nobis. robur. i. fortitudinez reſiſtendi dyabolo. ⁊ fer. i. ꝯcede. auxiliũ. i. adiutoriũ. q2 bella hoſtilia. i. triſtia iurgia hoſtis. premũt. i. vrgent nos. peccatores

Uni trinoqꝫ dñío ſit ſempiterna gloria/qui vitã ſine termino/nobis donet in patria. Amen.

¶ Sempiterna gloria. i. laus. ſit vni dño. in deitate. qꝫ ꝓ ⁊. trino. in pſonis. qui. deus donet nobis vitam ſine termino. in patria. ſ. celeſti. Amẽ.

¶ De feſto tranſfigurationis dn̄i: ad p̄imas veſperas hymnus.

Celeſtis formam glorie: quam ſpes querit ec- cleſie/ in monte chꝛiſtus indicat/ quo ſupꝛa ſo- lem emicat.

¶ Iſte hymnus cantatur de tranſfiguratōne domini noſtri ieſu chꝛiſti ¶ Nota ꝙ chꝛiſtus (vt euangelica ſcriptura demonſtrat) aſſumpſerat Petrum ⁊ Jacobum ⁊ Johannem fratrem eius. ducens eos in montē excelſum et tranſfigurabat ſe ⁊c̄. Quid priuilegioꝝ habebant p̄e aliis diſcipulis. res eſt notoꝛia apud ſolēnes noſtros ſacre pagine doctores Quia multi ſunt vocati. pauci xo electi. ⁊c̄. ¶ Eſt autem chꝛiſtus ante eos tranſfiguratus talis qualis futurus eſt tempoꝛe iudicij extremi. nō ꝙ priſtinam faciei formā. ⁊ coꝛpoꝛis humani veritatē amiſerat. ⁊ aliud coꝛpus ſaltem aereum vel ſpūale aſſumpſerit. ſed vt euangeliſta dicit. (qui ſcȝ Iohannes veritatem ſemꝑ vſqȝ ſemꝑ teſtatur) ⁊ reſplenduit fa- cies eius ſicut ſol ⁊c̄. ¶ Senſus tamen eſt litteralis ꝙ in huiuſmodi tranſfiguratione dn̄i. apparuerūt Moyſes ⁊ helyas ꝓphete. quibus ſic ꝑ diſcipulos viſis in claritate magna Petrus dixit (Dn̄e bonū eſt nos hic eſſe. Faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnū. Moyſi vnū ⁊ helye vnū. Similiter audita eſt vox patris (hic eſt filius meus dilectus ⁊c̄.

¶ Conſtrue. Chꝛiſtus indicat. i. demonſtrat (tribus diſcipulis) formam i. diſpoſitionem ⁊ viſionem. celeſtis glorie. i. gaudij paradyſi (quia viſio ⁊ facies chꝛiſti eſt ſummū bonū ⁊ regnū celeſte) quā. ſcȝ gloriā celeſtē ſpes eccleſie. i. fides totius concionis populi chꝛiſtianitatis. querit. id ē petit. quo. i. tunc qn̄ (ſupple chꝛiſtus) emicat. i. reſplendet ſcȝ diſcipulis. ſupꝛa ſolem. i. vltra claritatem ſolis.

Res memoꝛanda ſeculis/ hic cum tribus diſcipulis: cum moyſe ⁊ helya grata pꝛomit eloquia.

¶ Conſtrue. Res ſcȝ hec. eſt memoꝛāda. i. mente reuoluenda. memorie digna ſeculis. i. nobis chꝛiſtifidelibus. quia hic. ſcȝ chꝛiſtus. pꝛomit. id ē ore loquitur. ꝓfert ſeu manifeſtat. grata eloquia. i. diuinos ſermones et viſiones. cum moyſe ⁊ helya. i. cum illis ꝓphetis veteris legis. cū. id ē. vnacū. tribus diſcipulis ſecū ductis ⁊ videntibus ⁊ audientibus.

Aſſiſtunt teſtes gratie legis atqȝ pꝛophetie: de nube teſtimoniū ſonat patris ad filium.

¶ Conſtrue. Teſtes. i. teſtimonia. gratie. ſcȝ celeſtis. atqȝ ꝓ ⁊ legis. ſcȝ veteris. ⁊ ꝓphetie (ſubaudi moyſi ⁊ helye) aſſiſtunt. in trāſfiguratōe dn̄i

teſtimonſuiũ patris.i.vox dei omnipotentis.ſonat.i.audita eſt.de nube i.de celo.ad filium.i.chriſtum(dicens hic eſt filius meus dilectus.⁊c̃)

Glorificata facie chriſtus claret hodie/ ꝗs ſit honor credentiũ/deo pie fruentiũ.

Conſtrue.Chriſtus.i.ſaluator noſter.claret.i.apparet.ſcꝫ tribꝰ diſcipulis.hodie.ſcilꝫ in monte excelſo.glorificata facie.i. viſione ⁊ claritate diuina.(⁊ hoc eſt chriſtus talis apparuit)quis.i.qualis.honor.i.gloria.credentiũ.i.chriſtifideliũ.⁊ fruentiũ deo pie.ſit.i.datur.hoc eſt chriſtus apparuit in illa viſione.qua fideles fruũtur in regno celeſti.

Uiſionis myſteriũ corda leuat fideliuꝫ/ vnde ſolẽni gaudio/clamat noſtra deuotio.

Conſtrue.Myſteriũ.i.ſecretũ viſionis.ſ.diuine.p chriſtũ.leuat ſurſũ corda fideliũ.i.chriſticolaꝝ.vnde.i.ob hoc. noſtra deuotio,i. nr̃a humiliatio.clamat.i.pangit ſolẽni gaudio.ſcꝫ p̃ntis diei.

Pater cum vnigenito ⁊ ſpiritu paraclyto/vnus nobis hanc gloriam largire per preſentiã. Amen

Pater.ſcꝫ omnipotens.cum vnigenito.i.filio. ⁊ ſpiritu paraclyto.i. ſpũſcõ.vnus.ſ.exiſtens deus.tu largire.i.largiendo ꝯcede.nobis.hanc gloriam.ſ.quam viderũt tres diſcipuli.p preſentiã.i.preſentialiter frui tecum in celo.Amen.

Ad matutinas hymnus.

o Sator rerum reparator eui:chriſte rex regũ metuẽde cenſor / ad preces noſtras pariterꝗ laudes aſpice gratis.

Iſte hymnus canitur infra matutinaꝝ ſolennia.de trãſfiguratõe dñi ⁊ eſt eiuſdem materie cum p̃cedenti.In quo autor deũ precat noſtras laudes gratioſe aſpicere.illi referens gratiaꝝ actiones.⁊c̃ Conſtrue O chriſte ſator.i.creator rerum.ſcꝫ omniũ ⁊ reparator cui.i.eternitatis.rex regum.ſ.omniũ.⁊ metuende.i.timẽde.cenſor.i.iudex ſecretoꝝ oĩm.aſpice.i.aures benignas prebe.ad noſtras preces.ꝗ ꝓ ⁊.pariter.i.etiã ad laudes.i.ad hymnos.gratis.i.gratioſe.

Noctis in curſu tibi vota lauduꝫ pangimus:preſta tibi ſint vt apta/noſꝗ concentu refoue/ perennis luminis auctor.

¶ Conſtrue. (qr tu es rex regum) Ideo nos pangimus. i. canimus. tibi i. chriſto. vota. i. deſideria laudū. i. curſu noctis. ⁊ preſta. i. cōcede. vt nr̄a deſideria ſint apta. i. accepta tibi. qꝫ ꝓ ⁊. tu auctor. i. creator pennis luminis. ſcꝫ celeſtis. refoue. i. recrea. itē refoue. nos. i. chriſtifideles canentes concentu. i. concordancia vocū ⁊ ſymphonia.

Inter helyam moyſenqꝫ vates vt iubar ſolis facie refulgens/candida veſte niuis inſtar albe tu micuiſti.

¶ Conſtrue. Et tu refulgens. ſcꝫ in monte tranſfiguratōnis. diſcipulis facie. i. aſpectu. vt inſtar. i. ſplendor ſolis. inter helyam ⁊ moyſen vates i. ꝓphetas. ⁊ tu micuiſti. i. ſplendorem dediſti. candida veſte. i. claritate diuina. inſtar. i. ad ſimilitudinē. albe niuis. i. nix.

Tu dei patris patre teſte proles/cum ſis ſanctorum decus angelorum: tu ſalus mundi/ via vita virtus crederis eſſe.

¶ Conſtrue. Teſte patre. i. pater celeſtis teſtimoniū dat. (hic eſt filius meus dilectus) tu es ꝓles. i. filius. dei patris. oīpotentis. ⁊ cum ꝓ quia tu ſis decus. i. honor. ſanctoꝝ angeloꝝ ſcꝫ celeſtiū. tu crederis. i. firmiter diceris eſſe ſalus mūdi. huius. via ⁊ vita. ſcꝫ eterna. ⁊ virtus.

Gloria virtus ſit tibi creator: cuncta qui ſolus retinens gubernas in throno regni ſine fine regnās trinus ⁊ vnus. Amen.

¶ Reddit autor hic deo gratiarumactiones. ¶ Conſtrue. O creator oīm gloria. i. laus ſit tibi. tu qui ſolus retinens (mūdū pugillo) cūcta. i. omīa ſcꝫ in tua poteſtate. ⁊ tu regnans. i. dominās. gubernas. i. regis. in throno. i. celo. regni celeſtis. ſine fine. i. eternaliter. trinus in ꝑſonis. ⁊ vnus in eſſentia. Amen. i. vere

¶ Ad laudes ⁊ ſecūdas veſperas

D Nata lux de lumine/ieſu redemptor ſeculi dignare clemens ſupplicum laudes/preceſqꝫ ſumere.

¶ Iſte hymnus canitur ad laudes ⁊ ad ſecundas veſperas de eodem feſto. ſcꝫ tranſfiguratione dn̄ica. ⁊ eſt quodāmodo eiuſdem materie cū precedentibus. in quo nos autor monet ad debitam chriſti adorationē.

¶ Conſtrue. O ieſu redēptor ſeculi.i.mūdi.exiſtēs lux nata.i. filius genitus.de lumine.i.patre.tu clemēs dignare.i.dignaris. ſumere laudes i.hymnos.q̄ ꝓ ⁊.preces.i.rogatus.ſupplicū.i.ſupplicantiū deuote

Qui carne quondā contegi dignatus es ꝓ perditis/ nos membꝛa confer effici/tui beati coꝛpoꝛis.

¶ Conſtrue. O ieſu chꝛiſte.tu qui dignatus es contegi carne.i.incarnari.ex virginea carne marie.quondā.ſcꝫ tempoꝛis.ꝓ ꝑditis.ſ.hoībus tu confer.i.concede nos effici.i.fieri membꝛa.tui beati coꝛpoꝛis

Pre ſole vultu flāmeus/ vt nix amictu candidus/ in monte dignis teſtibus/apparuiſti conditoꝛ

¶ Conſtrue. O conditoꝛ.ſcꝫ chꝛiſte.tu apparuiſti.id ē. viſum te dediſti in claritate te tranſfigurādo.dignis teſtibus.i.tribus diſcipulis ſanctꝭ in monte(tabar)exiſtens flāmeus vultu.i.p̄clarus aſpectu.pꝛe ſole.id ē vltra ſolem.⁊ candidus.i.ſplendidus amictu.vt nix.i.ſic lucens.⁊c̄.

Uates alūnis additos tuis alūnis cōferens vtriſq; te diuinitus/deum dediſti credere.

¶ Et tu ſic ieſu ſplendens alūnis additos vates.i.viſuros ꝓphetas. moyſen ⁊ helyaꝫ.⁊ conferens tuis alūnis.ſ.diſcipulis.⁊ dediſti.i. oſtendiſti te credere deū.diuinitus.i.celitus.dico vtriſq; alūnis.

Te vox paterna celitus/ſuū vocauit filiū/ queꝫ nos fideli pectoꝛe/regem fatemur gloꝛie.

¶ Conſtrue. O chꝛiſte(in tua tranſfiguratione) Paterna vox vocauit te filiū ſuū.celitus.i.de celo(di.hic eſt filius meus dilectus ⁊c̄)quem ſcꝫ chꝛiſtū.nos fatemur.i.ꝓfitemur regem gloꝛie.ſ.eterne. fideli pectoꝛe.i. firma fide anime.

Concede nobis q̄ſumus/almis micare moꝛibus/ vt ad poloꝝ gaudia/bonis vehamur actibus.

¶ Et qꝛ ꝓfitemur te regem gloꝛie.ideo nos q̄ſumus.i.petimus.ꝯcede i.da.nobis.ſupple vt poſſimus micare.i.ſplendere almis moꝛibus.id ē ſanctꝭ virtutibus(moꝛes in plurali.i.virtutes) vt ſic vehamur.i.ducẽ ſupple ꝑ te xp̄e.ad gaudia poloꝝ.i.celoꝝ.bonis actibus.ſcꝫ.nr̄is

Laudes tibi nos pāgim⁹/eterne regū rex deus/ q̄ es trinus & vnus deus/ꝑ cūcta regnans ſecula. Amen

¶ Ideo o eterne deus rex regū.nos pangimus.i.dicimus tibi laudes q̄ es trinus ⁊ vnus deus regnans ꝑ cūcta ſecula. Amen

¶ In feſto dulciſſimi nominis Jeſu/ ad primas veſperas hymnus

Exultet cor precordiis ſonante ieſu nomine/ precellit in deliciis/ omni plenū dulcedine

¶ Iſte hymnus cantatur ſeptimo Idus Auguſti de dulciſſimo nomīe Jeſu. In quo hymno Hymnographus declarat iterū eius ꝟtuoſitatem In quo quidem nomine leta mens transfertur. et terra iubilat diffuſis gaudiis plenus honore. ¶ Et quia heri celebrauimus Jeſum in celſo montis vertice transfiguratū. Hodie in imis terris humiliatum. &c. In quo etiam nomine tota ſpes noſtra chriſticolarū erigitur. fides augetur. charitas diffunditur. ſumme et indiuidue trinitatis alma maieſtas magnifice cōmendatur. ¶ Et hoc dulciſſimū nomen impoſitum eſt ei. ab eterno. ab angelo. et a patre Joſeph (vt habetur in legendis. lectiōe. iij.) ¶ Conſtrue. (Et ſcꝫ ablatiui abſolute poſiti debent ꝯſtrui in principio vel in fine. nunꝙ̄ in medio.) Sonante nomine Jeſu. i. qn̄ auditur ſonare hoc nomen ieſus. cor. chriſtifidelis exultet. i. gratulatur. precordiis. i. ex intimis precordialibus ſuis. quia eſt plenum omni dulcedine. i. dulcore et precellit. i. excedit in deliciis. i. in omnibus delectationibus. ſcꝫ omnem dulcedinem mundi.

Jeſus confortans miſeros/ ieſus qui ſanat ſcelera: ieſus deterrens inferos/ ieſus fugans mortifera.

¶ Conſtructio eſt plana. Jeſus eſt confortans miſeros. id ē. pauperes et ieſus eſt ille qui ſanat. i. dimittit ſcelera. i. peccata hoim. (Vel ſic per auream et elegantiarū regulam (Nomen ſanat ſcelera qui eſt Jeſus.) ſic In ſemine tuo qui eſt chriſtus) eſt locus qđ tullianū. &c) regula nota ē) et illud nomē ieſus. deterrens. i. ꝯterrens. inferos. i. demones infernorū. Jeſus illud dulce nomen eſt fugans mortifera. i. venefica. noſtra opera dyabolica que nos mortificant.

Jeſus ſonans ſuauiter/ in metro proſa carmine/ qđ leuat nos alacriter/ mulcens ſuo ſolamine.

¶ Jeſus. illud nomen eſt ſonans ſuauiter. i. dulciter. in metro. ſ. ſcriptū in proſa. i. ꝓſaice dictū. carmine. delectabili ſcriptura ꝯplatū. qđ nomen. ieſus eſt mulcens. i. mitigans. ſuo ſolamine. i. ꝯſolatione. leuat. ſurſum. pctōres. alacriter. i. hilariter.

Nomen excelſum reſonet ieſus in ore omniū/ et cor cum voce conſonet/ vt ſanet omne vicium.

¶ Conſtrue. Jeſus hoc nomen excelſum. id eſt ſupnū. reſonet. i. iterum ſonet atq; iterū. in ore omniū. i. chriſtifideliū. ⁊ cor. ſcʒ hominis. conſonet id eſt ſimul accordet cum voce. i. ſono. hoc eſt. q cor hominis. ſ. interius debet ſimul concordari cum voce. i. exterius. vt ſic ieſus ſanet. i. purget omne viciū. i. piculū corporis ⁊ anime.

Jeſus ſalus peccantiū adeſto noſtris precibus/ ſis directoꝛ errantiū/ et parce noſtris actibus.

¶ Conſtrue. O ieſu ſalus peccantiū. ſcʒ hominū peccatoꝝ remedium. adeſto. i. preſens ſis. noſtris precibus. i. orationibus. ⁊ ſis director. i. vie recte ductor. errantiū. i. deuiantiū. ſcʒ a lege tua. ⁊ parce. i. indulge. nr̄is actibus. i. peccatis.

Nomen tuū nos muniat: preſeruans a periculis et in bonis perficiat/ amotis culpe maculis/

¶ Conſtrue. Nomen tuū. i. ieſus. muniat. i. defenſaculū faciat. vel defendat. ⁊ preſeruans. i. cuſtodiēs a periculis. malis. ⁊ pficiat. i. pfectos faciat nos. in bonis opibus. amotis maculis. i. ſeclusis peccatis nr̄is

Tibi chriſte ſit gloria/ fulgens hoc ſacro nomine/ honoꝛ tuus ſit latria: ieſu benigne domine

¶ Conſtrue. O chriſte ieſu fulgens hoc ſacro nomine.. ſcʒ ieſu. ꝓprio. gloria. i. laus ſit tibi. ⁊ o benigne dn̄e ieſu. honor tu⁹ ſit latria. i. adoratio ſit tibi latrie. ¶ Nota q triplex eſt (vt dicit doctor Ales) adoratio. ꝟnā latria. ⁊ illa ſola deo ſoli adorat. Dulia ⁊ illa virgini marie attribuitur. Hypdulia. ⁊ ita omnes ſancti ⁊ crux ⁊ claui chriſti ⁊ reliquie venerant)

Gloria tibi domīe qui natus es de virgine/ cū patre et ſancto ſpiritu/ in ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Autor refert hic gratiaꝝ actiones dulciſſimo ieſu de ſua incarnatiōe qua natus eſt pura virgine. ¶ Conſtructio eſt plana. O domine Jeſu chriſte. tu qui es natus. i. incarnatus. d virgine. ſcʒ ſancta maria. gloria ſit tibi. cum patre. ſcʒ celeſti. q; ꝓ ⁊. cum ſancto ſpiritu. in ſempiterna ſecula. i. ꝑenniter. (Amen.

¶ Ad completoriū canitur proſa Alma chorus et c. loco hymni. quā require in expoſitione ſequentiaꝝ/ ideo hic pretermittitur.

¶ Ad matutinas hymnus.

Eſu dulcis memoria/dans vera cordis gaudia
ſed ſuper mel ⁊ omnia/dulcis eius preſentia.

¶ Iſte hymnus canitur ad matutinas in feſto dulciſſimi nominis ieſu In quo Hymnographus multimodā oſtendit virtuoſitatē huius noīs Jeſus. Contulit enim cecis viſum. ſurdis auditum. claudis greſſuz. ſermonem mutis. vitam mortuis. totamq; dyaboli poteſtatem de obſeſſis corporibus virtus huius nominis effugauit ⁊c. ¶ Conſtrue ſic. O ieſu dulcis. memoria. i. in mente ⁊ firma mora hoīs fidelis. tu es dans vera gaudia. i. exultationes ſpūales cordis. ſ. nr̄i. ſed prenſentia eius. ſcʒ tui. i. viſitatio diuina. eſt dulcis. imo dulciſſima ſup mel. i. vltra mel. ⁊ oīa ſcʒ entia dulcedinē ⁊ bonitatem habentia.

Nil canitur ſuauius/auditur nil iocundius/nil cogitatur dulcius/q̄ ieſus dei filius.

¶ Ideo dicit. Nil. i. nihil canitur. i. hymniloquitur in eccleſijs vel extra ſuauius. i. mitius. ⁊ nil auditur. i. aure pcipitur iocūdius. i. hilarius. nil cogitatur. ſcʒ in mente hoīs dulcius. q̄ Jeſus. illud nomen. dei filius.

Jeſu ſpes penitētibus/q̄ pius es petentib⁹ q̄ bonus te querentibus/ſed quid inuenientibus.

¶ Conſtrue. O ieſu ſpes. i. ſalus penitētibus. i. penitentiā agentibus. o q̄ pius. i. q̄ miſericors es petentibus te. o q̄ bonus ſcʒ es q̄rentib⁹ te. ſed quid. i. o qualis es inuenientibus. te p gratiā.

Jeſu dulcedo cordiuʒ fons vite lumen mentiū/excedis omne gaudiū/⁊ omne deſiderium.

¶ O ieſu exiſtens dulcedo cordiū. ſcʒ bonoꝝ hominū. fons vite eterne lumen. i. claritas mentiū. nr̄aꝝ. tu excedis. i. precellis omne gaudiū. ſcʒ mūdi. ⁊ omne deſideriū. ſ. humanū.

Nec lingua poteſt dicere nec littera exprimere expt⁹ nouit credere quid ſit ieſum diligere.

¶ Nec lingua. i. nulla lingua hoīs poteſt dicere. i. ore fari. nec littera. i. ſcriptura poteſt exprimere. i. manifeſtare. quid ſit ieſum diligere. ſed ſolus expertus. i. pbatus. nouit credere. i. ſcit.

Jeſu rex admirabilis ⁊ triūphator nobilis/dulcedo ineffabilis/totus deſiderabilis.

¶ Eſt eni illud nomen Jeſus hoībus mirabile. demonibus horribile. ⁊ angelis laudabile) ¶ Conſtr. O ieſu rex admirabilis.i. gratus.admiratōne plenus apud hoīes ⁊ nobilis.i. virtuoſus.triumphator.i. victor erga diabolū.⁊ ineffabilis.i.quaſi nō fabilis dulcedo.⁊ deſiderabilis.i. deſiderioſus.

Mane nobiſcum dñe/nos tuo replēs munere/pulſa noctis caligine/tua paſce dulcedine.

¶ O dñe ieſu mane nobiſcum in corde.⁊ replens nos peccatores.tuo munere.i.gratia.⁊ paſce.i.nutri nos tua dulcedine.i.charitate.pulſa.i. expulſa.caligine.i.obſcuritate.noctis.i.dyaboli. vel peccati.

Gloria tibi domine qui natus.⁊c.

¶ Ad laudes hymnus.

Eſu auctor clementie/ totius ſpes leticie/ dulcoris fons ⁊ gratie/vere cordis delicie.

¶ Iſte hymnus cantatur ad laudes ⁊ ſecūdas veſperas de dulciſſimo feſto noīs ieſu.⁊ iter explanat excellentiā ⁊ virtuoſitatē eius. ¶ Cōſt. O ieſu auctor.i.augmētator clementie.i.bonitatis.⁊ ſpes.i.deſiderium totiꝰ leticie.gaudij ſpiritualis.et es fons dulcoris.i.ſuauitatis ⁊ gratie ⁊ vere delicie.i delectatōnes cordis humani

Jeſu decus angelicum/in aure dulce canticū/in ore mel mirificum in corde nectar celicum.

O ieſu decus angelicum.i.honor celeſtis hierarchie(nomen tuum eſt) dulce canticū.i.iubilatio.in aure.i.auditu.⁊ mirificū mel.i.mira faciens in ore fideliū.⁊ nectar celicū.i. dulciſſimus potus celeſtis.i corde.ſ.hoīm.

Jeſu flos matris virginis/fauus noſtre dulcedinis/ decus humani generis/da lucem veri luminis.

